





OK





CONCORDIA RE,  
DIVIVA.

AD

ILLVSTRISSI

MVM PRINCIPEM  
ET DOMINVM, DOMINVM  
FRIDERICVM GVILHELMVM, Du-  
cem vice Electorem & Tutorem Saxonix,  
Landgraviũ Thuringix, Marchionem  
Misnix, &c. Dominum suum  
clementissimum.

ALBERTVS OLEARIVS

aliàs Oelschlegelius cognominatus,  
Pastor in Siloh Mans-  
feldica.



ISLEBII,

In Officina Typographica Urbani  
Gubisij, Excudebatur.

ANNO,

M. D. XCII.





EPITAPHIVM CONCORDIÆ  
SCRIPTVM

à  
VENENATA ET MALEDIC-  
TA CALVINISTARVM  
SECTA.



**H**IC iacet, ecce, vagum, si quod sit ubiq; locorum  
In certa monstrum sede iacere potest.  
Sed iacet, ecce, tamen: iamq; est sine nomine monstrum,  
Stellio cui genitor nomen ubiq; dedit.  
( Cum non impletet mensuram nominis huius:  
Plurima quòd nollent huic dare regna locum.  
Hassia sit testis, Pomerania, Cimbrica tellus: )  
Ergò RESTRICTVM cetera turba vocat.  
Aut est, aut non est: quod si sit ubiq; negabis  
Restrictum: sin est sic, quid ubiq; vocas?  
Sic nusquam est, quod ubiq; fuit, &c.

Requiescat in pice.

IMPRESSVM INTER MONTES DEI,  
ANNO M. D. LXXXVII.

|  |                |   |                           |
|--|----------------|---|---------------------------|
| Calu-<br>nista, vt<br>ex litte-<br>ris voca-<br>buli ap-<br>paret,<br>Est; | [C]alumniator  | Ein Cal-<br>niste /<br>wie aus<br>dē Buch-<br>staben<br>des wor-<br>tes er-<br>scheint /<br>Ist | [E]in schmeher vñ Lestere |
|  | [A]ltissimi,   |   | des Allerhöhesten /       |
|  | [L]acerans     |   | Der da zerreisset /       |
|  | [V]erbj        |   | des Wortes /              |
|  | [I]ncarnatj    |   | So da Fleisch worden /    |
|  | [N]aturas,     |   | seine beide Naturen /     |
|  | [I]nfridioseq; |   | vnd hinderlistiger weise  |
|  | [S]alvatoris   |   | des Seligmachers          |
|  | [T]estamentum  |   | Testament /               |
|  | [A]rrodens,    |   | benaget oder anstosset.   |





# CONCORDIA

## REDIVIVA.



(pultam  
Nde redis nobis CONCORDIA sacra, sc  
Nam te jam pridem fama sinistra refert  
Iudicium tulerat Sacramentaria turba,  
Quovis de medio me remove modo:  
Iamq; mihi magnis Epicedia Scripta cachinnis,  
Vt conclamatum ritè putaret, erant:  
Sed Christus dextra nolens discedere Patris,  
Sardonius vobis risus hic, inquit, erit:  
Numine vita meo tibi cū CONCORDIA pura  
Sit data, reddetur numine vita meo:  
Quæq; sibi Christi nomen confixerat ipsi,  
Mox dissecta ruet fulmine strata meo:  
At tu legitimè quæ nomine diceris isto  
Voce vocata mea surge, redi q; foras,  
Hospitium primum domus est tibi Saxonis, illa  
Hospitium per me permanet, Ecce, tuum:  
Inde Ducem nam FRIDRICVM confirmo GVILHELM  
Achunc Nutricium de facio q; tibi. (MVM,  
Sic rediens lucem Christo reddente revixi,  
Et vivam, Christus nam mea vita manet,  
Nil nocuit diro meretrix mihi calva veneno,  
Sed Patris & Christi vis operatur adhuc;  
Vt sim concordis rursus pia formula pacis,  
Atq; suus Christo restitatur honor.

Christiana  
Concordia,  
Anno 1591.  
Neostadij  
edita.

Sit novus hic opto felix regressus in orbem,  
O hominum votis mille petite liber,

A 2

Sancte



# C O N C O R D I A

Sancte liber, venerande liber, liber optime, nam tu  
Incorrupta Dei dogmata spargis ope.  
Certa doces, pia, vera, salubria, recta, probanda,  
Et monstras rectum per quod eatur iter.  
Tuq; Prophetarum sana & pia dogmata spargis,  
Quæ sunt & sacris prodita cunctis libris:  
Quintus & Augusta quæ CAROLVS vrbe probauit,  
Tunc, vbi se luci reddidit alma fides.  
Asseris invicti quoq; dogmata pura Lutheri.  
Dogmata ceu Natus tradidit illa Dei.  
Nil tibi CALVINI, nil BEZÆ dogmata curæ,  
Nil quoq; clauigeri dogmata vana Papæ.  
Pura salutiferi tu tantum dogmata Christi  
Tractas, ipsius, non tua, verba, seris.  
Te memor æternis cœlo laus ingeret annis,  
Grataq; posteritas semper in ore feret.  
Nulla dies, istam doctrinam, nulla silebit  
Ætas, nec quicquam detrahet inuidia.  
I, venerande liber, pietati pande fenestras,  
Vt dilatetur gloria vera Dei.  
Et via sideream multis patefiat ad aulam,  
In qua vult hominum viuere quemq; Deus.  
Nec Sathanæ technis moueâre, nec artibus vllis,  
Hoc in proposito quo minus ire velis.  
Friuola nil valeant hominum mendacia, sanum  
Doctrinæ forsan quæ genus hocce gravant.  
Freudebit Stygius, sed frustra sæpè Tyrannus  
Contrà te, verum non tibi damna feret.  
Sola tibi Christi vox, munitissima rupes,  
Arx, agger, vallum confugiumq; tuum est.  
Tutus in hac omnes superabis fortiter hostes,  
Cinctus divino numine tutus eris.

Ito ergo



## R E D I V I V A.

Ito ergo haud armis, rigidoque satellite septus,  
Sed tua te pietas muniat atque tegat.

**T**V quoque, qui ducis nomen de nomine pacis  
Fac FRIDRICE tuum nomen in omen eat.  
Impia detestans malesanae semina rixae.  
Semper amans placidae pacis & autor eris.  
Pace regas populum, tibi sit CONCORDIA cordi  
Et verae sanctum Religionis opus.  
Pace prius gaudent, quam Christus in orbe reliquit  
Ipse suis, odio pabula Martis habent,  
Norunt quid Regi plebs debeat, ordinis omnis  
Autorem norunt scilicet esse Deum,  
Et pro principibus fundunt ad sidera vota,  
Ut clemens horum prosperet acta Deus.  
Nec renuunt pro Rege suo deponere vitam,  
Vel si quid vita carius esse potest.  
At contra pax esse nequid, nec firma voluptas,  
Impietatis ubi semina terra fovet.  
Nec stabili constat fundatum pegmate regnum,  
In quo sermo Dei non habet hospitium.  
Sola thronum firmat pietas, regnumque coronat,  
Et solida terram laude vigere facit.  
Infelix solium, quantumvis splendeat auro,  
Est, quod non addit de pietate decus.  
Sume tibi Croesi Gazas, vel Regis, aelli  
Auriculae longae cui tribuuntur, opes,  
Quas vel divitias Babylon, quas Lydia iactat,  
Quas Seres portant, quas niger Indus amat:  
Ni pietas opibus fuerit super addita tantis,  
Nil placidae mentis, nil tibi laudis erit.

A ;

Ergo



# CONCORDIA

Ergo laborabis puro pro dogmate Christi,  
Dux FRIDRICH, plus quam pro Ditione tua.  
Scilicet hoc facto generosi stemmatis ortum,  
Majoresq; refers non minor ipse tuos,  
Non laudabilior tibi res erit vlla per annos  
Perpetuos, O Dux omnibus aucte bonis:  
Misnia quam discat si jam te principe Christum,  
Atq; colat veris ritibus vsa Deum.  
Impius in Christum Sacramentarius error,  
Proh dolor incepit regna per ista palam:  
Zelotes igitur ceu I E H V Pseudoprophetas  
Sustulit impurum qui coluere Baal:  
Sic quoq; Saxoniae Tutor FRIDRICE GVILHELME,  
Expelle e templis Zinglica membra tuis.  
Calvinistarum tollatur & omne venenum,  
Quaeq; sacro restant turpia monstra loco.  
Pande fores Christo, pietati pande fenestras,  
Ad te fac veniat dives amore Deus.  
Macte nova virtute Heros, sic fama paratur,  
Sic venit aeterno carmine dignus honor.  
Hoc decet Heroas studium, labor iste regentes,  
Vt dilatetur gloria vera Dej.  
Hinc operam dabis, vt plures spargatur in oras,  
Munere divino jam reparata fides.  
Ingenti studio curam vigilabis in illam,  
Ne subeant damnum Religionis opes.  
Quaeq; propagarunt divulgantq; per orbem  
Majores summa dexteritate tui:  
Sic eadem servans vestigia, tu quoq; cura,  
Vt conserventur dogmata pura Dej.  
Omnibus hic toto praestat thesaurus in orbe,  
Cetera praetereunt, hic sine fine manet,

Vivit



## R E D I V I V A.

Vivit adhuc clarum fama super æthera notus  
 REX populj ludæ, stirps Salomonis, ASA:  
 Facta quod evertit peregrini Altaria cultus,  
 Succidit lucos, & simulacra tulit:  
 Tanto divinj Zelo succensus honoris,  
 Vt propriæ matri parcere noluerit,  
 Augusto regni solio sed abegerit illam,  
 Dum fictis voluit sacrificare Dñs.  
 Vlla nec Ezechia præconia nesciet ætas,  
 Idolatriæ quod fuit hostis atrox,  
 Et meritas omni IOSIAS tempore laudes  
 Auferet, è medio quod sacra falsa tulit.  
 Nec CONSTANTINI nomen ventura tacebunt  
 Secula, quod fidej verus amator erat.  
 Defensusq; fuit CHRISTI constanter ab ipso,  
 ARRIVS eversum quem cupiebat, honor.  
 His alijsq; pñs DVX annumerabere, veram  
 Subjectos facies cum retinere fidem.  
 Atq; tuæ famæ decus immortale parabis,  
 Inq; beatorum gaudia sede feres.  
 Carcere mundano cum liber ad astra veheris,  
 Coetibus & sanctis associatus eris.  
 Pergè modò parere pñs monitoribus, aures  
 Porrige consiljs, DVX generose, bonis.  
 Zyvinglica nil valeant tibi nil mendacia, sanum  
 Doctrinæ forsan quæ genus hocce gravant.  
 Factu Misniacis vt propagetur in oris,  
 Æthera quæ novit pandere, vera fides.  
 Sentiat & fidos Ecclesia tuta ministros,  
 Qui Christi tantum, non sua verba, serant.  
 Et Sacramentis, ceu sancti ipse REDEMPTOR,  
 Integer ex omni parte resurgat honor,

Nil ibi



## CONCORDIA &c.

Nil ibi CALVINI, nil BEZAE dogmata fiant,  
Vox habeat Christi solius vna locum.  
Ergò tot eximj's DVX Illustrissime donis,  
Grana quod Ægæum per mare ventus agit:  
Si verè felix, & ab omni parte beatus,  
Si ferri reliquis omnibus ante cupis:  
Hoc vnum conjunge tuis, quibus allicis omnes  
Terrarum populos in tua regna, bonis:  
Fac sincera Dej per Misnica templa doceri  
Dogmata, ceu Natus tradidit illa Dej.  
Sanctius hoc studio vel principe dignius vllum  
Qui putat, hic cerebri nil sapientis habet,  
Sic patriæ verus pater, & sic splendida mundi  
Stemmatis atq; tui fama perennis eris.  
Sic tua posteritas venturis evchet annis  
Nomina, quæ præsens jam quoq; tempus amat.  
Sic pietas, sic sancta fides tibi grata rependunt  
Præmia, sive solum, sidera sive colas.  
DVX generose, potens, tucum Respublica crescat,  
Crescant, Relligio, Tempia Scholæq; diu:  
Floreat & sub te pax Electore, nec vnquam  
Saxonica pereat stirps generosa domus.

FINIS.

1/2 699505

11




X 2206821









OK. 219. 11

Vg  
6995

CONCORDIA RE,  
DIVIVA.

AD

ILLVSTRIS-  
SIMUM PRINCEP-  
EM ET DOMINUM, DOMINUM  
FRIDERICUM GUILHELMUM, Du-  
cem vice Electorem & Tutorem Saxoniae,  
Landgravium Thuringiae, Marchionem  
Misniae, &c. Dominum suum  
clementissimum.

ALBERTVS OLEARIVS  
alias Oelschlegelius cognominatus,  
Pastor in Siloh Mans-  
feldica.



ISLEBII,  
In Officina Typographica Urbani  
Gubisij, Excudebatur.

ANNO,  
M. D. XCII.